

De Gathfr. Straussi Itto Viteberg.

F.K. 68

Z e
6763

PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,
IO. BALT HAS.
VVERNHERUS, D.
PANDECTARUM P.P. CURIÆ
PROVINCIALIS, SCABINA-
TUSET FACULT. JURID.
ASSESSOR,

CIVIBVS ACADEMICIS
S. P. D





Ostrae patrum necessitudini convenit, ut supremo pietatis officio memoriam colamus Viri donis naturae et meritis maximi, D. GO-
DOFREDI STRAUSSII, IC. incomparabilis, omnium opinione votoque digni, ut longiore aeo frueretur. In quo multum amisimus, sive doctrinam, cuius monumenta superant, sive constantiam, qua aequales vicit, sive industriam, cuius exempla ante oculos sunt, repetamus idem et cogitemus. Cum omnibus his virtutibus amorem Dei perpetuum coniunxit, et pacem cum eo omni vita habuit, cetera, quantumvis maxima, infra se duxit, et non tantum arte reddendi iuris, sed etiam persancta Numinis veneratione, sacerdotem iuris se ostendit. Qua cum esset indole, nihil tam arduum erat, nihil tam eximum et singulare, quin ratione comprehenderet, et mente complecteretur. Difficilimas iuris controversias accurate et dextre diiudicabat, ac partes atque officia sic tuebatur integre, ut prope oculis subiiceret, nec longum tenipus ad deliberandum efflagitaret. Est profecto ea ingeniorum vis, quae foecundarum arborum, in quibus semina sponte se excitant et vigent: tum surculi feruntur, qui crescendo

dotollunt se altius, ac iustam magnitudinem asse-
quuntur. Hoc STRAUSSIO usuvenit, in quo
perfecit industria, quod natura inchoaverat,
cum veluti invere aperiret se campus, et florum
varietate hortos vestiret. Plurimum quippe ad
laudem et decus familia contulit, qua ortus est,
amplissima, quam omnium rerum copia nobis-
litavit magis, et evexit, sic ut principes pretium
statuerent laboribus, et consilis STRAUSSIUM
adhiberent. Hic praeses Ordinis Iuridici Saxonis
iudicio creatus, magna apud omnes gloria
fuit, et tractandis Academiae reique publicae
negotiis assiduus, nihil sibi concessit ad ludum,
neque animum a seriis abduxit, cum ei licet et
interquiescere, et villas fundosque animi causa
obire. Priscos iuris conditores gravitate aequa-
vit, et velut dux agminis, malos seculimores, ut
hostes, armis iustitiae persecutus est, et cum pe-
ste humani generis iniustitia perpetuum et ple-
num gloriae bellum gessit, dignus certe iudex,
cuius signum ex aere ducatur, aut simulacrum
ex marmore in sepulchro ponatur. Itaque pa-
rentes, avos, maiores eo libentius omitto, quo
cumulationia STRAUSSI ornamenta animo
meo occurunt. De ceteris laudibus parcus
dico, quoniam eas brevis pagina non capit, et
illa-

2e 01 03 78

illarum quoque numerum ipsa multitudo prope
mihi subducit. Quamobrem hoc tale, et tam gra-
ve negotium ab eo susceptum est, qui id omne,
quod in STRAUSSIO amisum doleo, restituit
nbellime, et damnum resarcit. Est is summa no-
minis et meritorum dignitate Vir, Consultissi-
mus ac Nobilissimus D. IOANNES HENRI-
CUS BERGERUS, IC. longe celeerrimus,
Potentissimi Regis Poloniae et Serenissimi Ele-
ctoris Saxoniae in Senatu iuridicarum provo-
calionum Consiliarius, in Curia arcis, primarius
inter Doctores Assessor, Collegii Iurisperitorum
ordinarius Praeles, atque in ceteris tribunalibus,
maxima dexteritatis famam consecutus, Vir,
inquam, mea praedicatione maior, qui gloriam
laudatissimi Ordinis, provincia sibi per manus
tradita, conservat pariter ac mirifice auget. Ma-
gnum illud Vir inclytus erga defunctum amoris
munus, perendie explebit, honorem ultimi officii
in Auditorio maiori habiturus, ad quem publice
audiendum ut frequentissimi conveniatis, Cives
Academici, cum D. STRAUSSI victurae semper
laudes, tum praecipue summa lure consulti BE-
GERI in Academiam remque publicam meri-
ta monere vos et movere plurimum debent.

P.P. Dominica QVASIMODOGENITI, Anno
MDCCVII.

ULB Halle
006 531 016

3





De Gathfr. Strausfo. Itto Viteberg.

F.K. 68

Z e
6763

PRORECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,

JO. BALTHAS.
VVERNHERUS, D.
INDECTARUM P.P. CURIÆ
PROVINCIALIS, SCABINA-
TUS ET FACULT. JURID.
ASSESSOR,

VIBVS ACADEMICIS
S. P. D



Farbkarte #13

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|-------------|------|------|------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|
| Inches | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 |
| Centimeters | 2.54 | 5.08 | 7.62 | 10.16 | 12.70 | 15.24 | 17.78 | 20.32 | 22.86 | 25.40 | 27.94 | 30.48 | 33.02 | 35.56 | 38.10 | 40.64 | 43.18 | 45.72 | 48.26 |

| | |
|---------|--------------|
| B.I.G. | Black |
| White | White |
| 3 Color | Light Gray |
| Red | Pink |
| Yellow | Light Yellow |
| Cyan | Light Blue |
| Green | Light Green |
| Blue | Dark Purple |